

160. Imò & pro persona benefactorem repräsentante.
161. Horatius testis est: Lib. de arte Poet. pag. 164.
Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
inciderit.

Et ibid. pag. 166.

Ne quicunq; DEVS, quicunq; adhibebitur Heros,
migret in obscuras humili sermone tabernas.

162. Et hic suffragatur Proverbium: Απὸ μηνχαρῆς ὁ Θεός. Scalig.
lib. I. Poet. c. 21. pag. 88.

163. Et pro homine felici. Plautum adi apud illum in Circul. act. I.
scen. 3. amator, Deus sum, inquit. Et Propertium qui 2. El. 12. ait:
-- nocte una quis vel Deus esse potest.

Confer Taubmannum in Plauti Pœnulum Act. 3. Scen. 3. fol. 889.

164. Quo in Metonymiam quæres.

165. NON VIVENTIBVS: Mox provino. Horatius lib. I. Epod.
Od. II. loquatur:

Simul calentis inverecundus DEVS
fervidiore mero arcana promorat loco.

166. Quo in Synecdochen & Metonymiam invenies.

167. Deus hoc est Bacchus. Genus pro specie. Bacchus provino, Causa
efficiens pro effecto.

168. Mox pro Idolo aliquo lapideo aut ligneo.

169. Dicent: Deus cecidit, Deus exesus est à tineo.

170. Quo ex Metonymiam erues.

171. PRO FICTIS: imprimis pro Cupidine & Amore, DEO.

172. Ubi & noster est Horatius lib. Epod. Od. 14.

Deus, Deus nam me vetat.

173. Quo in iterum Synecdochen & Metonymiam deprehendes.

174. Et si quæ aliæ frequentes sunt Poetis locutiones.

175. Quæ valde sæpe exleges.

176. Pro Dea enim & θεού usurpant illi.

177. Testis est Pindarus. Ille enim Nemeor. Od. 5. ὡτᾶς θεῶν. Ille
Dea (filius) & Nem. Od. 9. Keivα Θεός. Illa Dea, usurpavit.

178. Quod & Latini imitati sunt.

179. Plaut in Pœnul. Act. 2. de Venere loquens;

Deum esse indignam credidi.

ubi de